

XII, XXIII^{II}

occidistis, pupillos et viduas offendistis, nobiles matronas et castas virgines tam seculares ¹⁾ quam claustrales incestu turpissimo violastis. Hec omnia regali non conveniunt maiestati. Unde vos regem Romanum non reputamus, sed imperatorem tocius nequicie iudicamus ^{m)}). Episcopos autem eciam, qui ad opera nefaria vos confortant, rudes et sacre scripture ignaros ⁿ⁾ penitus estimamus, quia, si divine ^{o)} legis ^{p)} precepta in libris ecclesiasticis perlegissent, vobis ^{q)} ad tantam maliciam non astarent. Unde ipsos non pastores, vero lupos et vastatores ^{r)}, et non ecclesiarum dedicatores, sed earum invasores et indignos episcopos estimamus. Unde tam vestras quam eorum ^{s)} insidias curamus, sperantes de divino adiutorio, [quod], si nostras terras intraveritis, aliquos ex vestris famulis super mitras ferreas verberabimus, quod mansisse ex illa parte Reni ³⁾ libentissime voluissent ^{t)}, et in eo, quod in nostris resistimus, nolumus ^{u)} imperium ^{v)} offendisse, quia, tamquam rex pacificus, ut speramus, [non] solum balteum vestre maiestatis addorassemus ^{w)}, ut nobis descripsistis, ymmo usque ad plantam vestri pedis et, quod inferius est, ad coreum vestrarum calcarium fuisset libentissime ^{x)} inclinati.

IV (9, fol. 40^v)

Ein Unbekannter an den Landgrafen Albrecht: fragt an, wie es um den Streit zwischen ihm und dem König einerseits und seinen Söhnen andererseits bestellt sei.

1295, nach dem ersten Feldzug.

Sicut ex dolore capitis omnia membra corporea debilitantur et languescunt, sic de subiacencia principum et debilitate omnes eorum subditi subcumbunt. Cum ergo ex salute vestra ^{a)} dependeat nostra salus ^{b)}, de prosperitate vestri successus querere ^{c)} nos oportet. Unde rogamus, quod nobis et nostris ^{d)} rescribatis, qualiter inter dominum invictibilem regem Romanorum et vos ex parte una et nobilissimos ^{e)} vestros filios ^{f)} ex parte altera negotium discordie iam sit versum, ut nos secundum hoc in nostris negotiis et utilitate terre regere valeamus. Sciatis, quod omnia vestra ^{f)} per totam Duringiam in tranquillitate sunt disposita et in pace.

1) secularis m) iudicat n) ignares o) divina p) legit q) nobis r) vastores s) earum t) voluisset u) volumus v) inperenni w) addorarassemus x) libenterissime

3) *Adolfs Truppen stammten in der Hauptsache vom Rhein; Wegele, a. a. O., S. 188.*

IV. a) vestram b) folgt unde c) quere d) so wohl statt vestris Hs. e) so wohl statt nobiles servuos Hs. f) una

1) *Friedrich d. Freidige und Dietrich.*